



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

53. Theoduinus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

*Antè ruet mundus, quàm
surgat VVazo secundus.
Obijt anno. 1048.*

LIII. THEODVINVS.

ECclesiam Beatæ Mariæ in Hoyo, à fundamentis, vsque ad laquearia, ædificauit, vel restaurauit: & in eiusdem Dei Genitricis honorem dedicauit, cui erat præcipuâ deuotione addictus. Quindecim Canonicis, alios totidem ibidem addidit. Dedicauit etiam Ecclesiam S. Eueruarii Martyris, in Rutis. Reliquias S. Iacobi Apostoli, Compostellâ petijt, & obtinuit: item SS. Bartholomæi, Sebastiani, & Pancratij: quas celebri pompâ & excepit ipse, & ab Ecclesiâ totâ excipi præcepit. *Testati nobis sunt
sæpenumero Maiores nostri,
(inquit*

CATHOLICA. 55

(inquit Ægidius) quòd etate
suâ nulla prorsus iucundior
dies Vrbi aliquando affulse-
rit Leodienfi.

Neque minore gratulatio-
ne, & voluptate accepta Crucis
Christi particula, à Stephano
Papâ Leodium missa: itemque
Reliquiæ sacræ Sancti Lauren-
tij Martyris.

LIV. HENRICVS

PRIMVS.

ERat hic Archidiaconus Vir-
dunensis, cum Episcopatum
Leodien. obtinuit: & à S. An-
none Archiepiscopo Colonien-
si, more Catholico consecratus
est.

LV. OBERTVS.

CAnonicus Ecclesiæ Cathe-
dralis, & Sanctæ Crucis Pre-
positus